Ventum tandem ad Electionem Notariorum, Bedellorum, Confessorum et Judicum Capitularium. Et quidem pro Notariis Capitali A. R. P. Basilius Polonski Superior Brestensis Monasterii ex Lithuania - A. R. P. Pantaleon Maliszkiensis Hostensis Monasterii Superior ex Ruthena Provincia. Pro Bedellis A. R. P. Georgius Krupski Professor Theologiae ex Lithuania, A. R. P. Hyacinthus Wyszatycki ex Ruthena Provincia. Pro Confessoribus A. R. P. P. Crisostomus Lawynowicz Episcopiensis, Pervasius Somethicowicz Komnensis, Ambrosius Kalinowski Kozianensis, Dionysius Romanowski Cereiensis Superiores, et A. R. P. Hippolytus Fabrycki Professor Theologiae ex Lithuania. A. R. P. P. Gymnasium Kuncki, Faustus Skrybinski, Sa Theologiae Professores, Bonifacius Chomikowski, ex Missionarius, Paisius Cisicowicz, et Atilanion Polawski ex Ruthena Provincia, plures Patrum Constituti. At Judices Capitulares juxta constitutionem Brestensis Generalis Capituli Sessione I. Sanctam, secreta Votatione creati: in Presidem nimirum Judiciorum Amicus Pater Mathias Korn' Archimandrita Gradnensis, Urbilis A. R. P. Mercurius Dymaszewski ex Secretariis Provinciae Vilnensis, A. R. P. Justus Krupicki Toloczynensis Superiores, ex Lithuania. Amicus Pater Hyacinthus Nesterki ex Vicariis Provinciae, A. R. P. Benedichus Rzeckycki Superior Cremeneciensis in Judices ex Ruthena Provincia ex qua etiam A. R. P. Florianus Olizaniski Praefectus Lubavensis in Notarium Judiciorum electi sunt. Qui Judices, pariter et Notarii Capituli faramentum forma pro singulis prescripta in manibus Illmi Presidis emiserant. Ad finem hujus Sessionis commendata est Patribus ab Illmo Preside pro Incolumitate Augustissimi Imperatoris Nostri Clementissimi usque Serenissimi Imperatoris publicae supplicationi in crastinum per omnes congregatos Patres facienda: Sessio tamen in horas pomeridianas ejusdem diei determinata.

Sessione II.

Eadem die gra Jbris noni pomeridianis lectum est iterum supra relatam Collegii Rebus Catholicis Praepositi Mandatum, quod injungitur presenti Capitulo, ut in omnes abusus, Monasticae disciplinae corruptelas, et morum dissolutiones, quae vel maxime in Provinciam Alba Rapsie, dum haec a reliquo Congregationis Corpore separata fuit, ex-

repsere

9
irrepressere, diligenter inquirat, abusus conigat, et radicatus e-
vellat, cunctaque pro circumstantiarum exigentia statuatur, et
componatur; imo ipsam Alba Lupia Provinciam, si aliter de-
sideratus effectus obtineri nequeat, suo pristino statusi resti-
tuat, et reuniat. Nota proinde questio: sint ne Monasteria
Alba Lupia, Provinciae Lithuanae reunientia, an vero in Sta-
tu suo, sub distincto videlicet Provincia nomine relinquen-
da? Rationes Unionem praedictorum Monasteriorum sua-
dentes adferbantur haec praecipue: quod videlicet Monaste-
ria in Alba Lupia numero sint valde pauca; quod in
eisdem, ob defectum Personarum, nulla reperiantur Stu-
dia, ac proinde brevis futura, imo etiamnum sint Publico
inutilia: quod eorum habitatores, praecipue vero Rectores,
minus Religiosam, imo aperte dissolutam vitam decant
De De. Relectis proinde in Statu suo hisce Monasteriis, deman-
data a Collegio abusus, qui in Provinciam Alba Lupia
irrepererent, extirpatio, morum ac personarum correctio, boni
Regiminis introductio omnino videtur impossibilis; non ali-
unde enim, sed ex eisdem Monasteriis et ad officia Pro-
vinciae, et ad eorum Regimen Personae legendae forent, si
omnino distinctam Provinciam constituere deberent. —
Nihilominus contra Unionem eorundem monasteriorum
cum Lithuana Provincia aequae non contemnendae rationes
adducebantur, quod videlicet divisio Provinciae peracta
sit in Capitulo Generali: quod eadem divisio probata est
a Sa Sede Apostolica: quod Monasteria totidem fere sint
numero ad praesens, quot tempore Torokanensis Capituli, in
quo haec divisio peragebatur, extiterent; quod in praedictis
Monasteriis Studium Eloquentiae actu existat, et novem in
Probatione Religiosa reperiantur Candidati, qui certe sup-
plebant defectum personarum ad studia idonearum: quod
habitatoribus Monasteriorum Alba Lupiae et eorum Re-
ctoribus gratis objicitur, ne unquam deducatur moram
dissolutio. Et alia iam pro existentia Provinciae Alba Lup-
iae, iam pro ejusdem suppressione inferebantur. Quae ist
materius discutiantur, et clarius unicuique innotescant,
Illimus Praeses Capituli annuit Patribus deliberationem
expetentibus, decisionemque tanto motu agitatae questio-
nis in diem sequentem prorogavit.

Sessio III.

Die 10ma ejusdem Mensis Ibris Illimus Praeses Capituli
pro
S

pro Incolumitate Augustissimi IMPERATORIS et Auto-
cratoris totius Rusiæ ALEXANDRI I. Domini nostri Clementis-
sime Eiusque Severissima Familii, ac Imperii prosperita-
te Solemni Ritu Sacris litavit, assistentibus Congregatis Pa-
tribus, supplicationesque Paralyticas cum eodem Preside de-
cantantibus. Quibus peractis, hymnoque Spiritus Sancti
invocatorio decantato, ventum est iterum ad discussionem
questionis de unione Monasteriorum Alba Rusiæ cum Li-
thvana Provinciâ: hinc semel et iterum eadem supra re-
lata pro et contra repetita rationes. Cum vero in deciden-
da ardua hac questione unanimis Patrum consensus obti-
neri nequiret, citum est ad vota secreta, quorum notabili
pluralitate decreta est unio Monasteriorum Alba Rusiæ cum
Provincia Lithvana.

Diverumpta, et premissum est, de unione Monasteriorum
Alba Rusiæ questione, altera subinde non levis momenti
introducenda est: scilicet an Abbatiâ Polocensis Sæ Sophiæ, Vi-
tebsensis, Pustinensis ad Mscislaviam et Chorobruisensis
in Lithuania nuper enata supprimi, an vero retineri de-
beant? Delata enim ad Collegium rebus Catholicorum Pre-
positum à Rmo Proto-Archimandrita querela, quod prædicta
Monasteria ex fundatione sua sint simplicia et nullo jure
ad Archimandritalem Titulum ab Illmo Litte Thebarum
Archi-Episcopo et simul Legato Apostolico evecta, in Chor-
obruicæ vero nec existit, nec unquam existit Monasterium;
adicte sunt ad idem Collegium preces, ut præfata Polocense
Sæ Sophiæ, Vitebsense et Pustinense ad Mscislaviam mo-
nasteria pro simplicibus, Chorobruicensem vero Ecclesiam
pro Parochiali seculari, qualis defacto est, declarare, Privile-
gia pro Abbatialibus titulis a quocunque extradita revocare
et annihilare, ambitum eorum, qui contra quartum Solemne
votum ad præfatos titulos promoveri curarunt, compesare,
et exemplariter punire dignetur &c. Collegium tum ex par-
ticulari hac Rmi Proto-Archimandrite Relatione, tum ex aliis
etiam scriptis et factis aliunde ad suam notitiam devolutis
sufficienter informatum, quod in disciplinam Monasticam no-
stri Ordinis, maxime vero in Provinciam Alba Rusiæ nota-
bilis subintravit disolutio, quodque sanando tanto malo
aptior non inveniatu'r modus, qdam convocatio Generalis
Capituli, in quo hæc omnia rite perpendi, et iusta circum-
stantiarum exigentiam ordinari, abusus item extirpari, et
omnia ad suos tramites, rectumque ordinem revocari facile

possunt
S


popunt: hinc et demandavit Congregationem Generalis Capituli, eique ordinandi et statuendi, que cum bono Ordinis, et publica utilitate conjuncta sunt, extirpandi item abusus omnes plenam potestatem contulit. Ad presentis itaque Capituli decisionem pertinere, condere Legem, quia alterata Monasteria Polocense S^{ae} Sophie, Vitepsense et Rustinense ad Misclaviam pro simplicibus; qualia sunt ex natura sue foundationis, declarantur, Ecclesia vero Chorobroviensis, utpote laicis, et favore Cleri secularis erecta, in suo statu relinquatur, abusus insuper extirpentur, et sacrilegi ad Prelaturis ambitus Corripiantur.

Pro informatione Patrum, quod prefata Monasteria non Abbaticia, sed simplicia, et Rectores eorum non Abbates, sed simplices superiores vocabantur, et defacto tales erant, lecta sunt plurima Excerpta ex Actis Capitulorum et consultationum tam Generalium, quam Provincialium: ex quibus liquido constitit in predictis Monasteriis continua serie simplices superiores, nunquam Abbates fuisse. Hinc lectum est Decretum S^{ae} Congregationis Generalis de Propaganda Fide habite Die 24. Maji 1757. Anno, quo resolutione ad Sextum Statuitur ne audeat Metropolitanus ad quem unicum institutio Abbatum ex Privilegio Romano pertinebat, ad Abbacias mere titulares, aut suppressas (multo minus ad simplicia Monasteria) quemcumque promovere, sed in illis solis Monasteriis instituat Abbates, in quibus tempore promulgatae Constitutionis Benedicti XIV. que incipit Inter plures = exstabant in pacifica possessione Abbates.

Finita hanc lectione, questionisque ad decidendum proposita previa materia discussione unanimiter fere, per vota tamen secreta, conclusum est; Abbacias in Monasteriis Polocensi S^{ae} Sophie, Vitepsensi, et Rustinensi ad Misclaviam, item ad Chorobroviensem Ecclesiam, a suis Fundatoribus erectas non fuisse, nunquam existisse, consequenter prout cum prejudicio primivarum foundationum, cum maximo Congregationis nostre damno, subreptitice, seu ad malam informationem, et nulliter erectas, in perpetuum abrogandas et abolendas fore, prout et voto presentis Capituli, defacto suppressas et abditas esse.

SESSIO IV.

Die 11^{ma} Junii primis Hymno Spiritus S. invocatorio quam Ill^{mus} Praeses et Patres Capitulares loca sua occupaverunt, comparens personaliter A.R.P. Fiscalis Officii Proto-Archiman. Dotalis produxit et clara voce legit Citationem contra Almu Patrem Samuellem Nowakowski, uti Provinciale Alba Lupia, et Superiorem Polocensem ab Officio Proto-Archimandritali q. 21. Maji currentis Anni expositam, Die vero 3. Junii ejusdem Anni per legitimum Exequutorem intimatam, qua eidem citato impingitur: quod deliquit cum Offensione et Scan-

dalo


Scandalo Publica; vitam debeat, quod Proventus non Polocensis mo-
do, sed et aliorum Monasteriorum in privatum suum, et suorum
consanguineorum usum convertat, quod Inventaria, Registra Mon-
asterii, hypothecarias et simplices obligatorias Inscriptiones, ne ex
iis notitia de Proventibus et Seminibus Capitalibus hauriatur, Stu-
dio suffocaverit quod Depositarium, contra Constitutiones nostras
et Supremas Ordinationes eligendum non caret, quod Occupatus
elevationis sua ambitu, in Monasterio, cuius superiorem agit,
non aspiciat, sed cum maximo ejusdem Monasterii dispendio
frequenter, coque ad semestre et ultra protracto, itinere occupetur,
quod licet Provincialis Alba Russia manus gerat, Canonicas ta-
men Monasteriorum Visitationes nunquam expediat, in iis
observantia Constitutionum et disciplinae Religiosa non inquirat,
augmentum Divinae gloriae et bonam regimen non caret, quod
ejusdem in Officio Visitatoris negligentia Summa Capitalia Mo-
nasteriorum Orensensis, Vitebsensis, imo et ipsius Polocensis dis-
tracte, et nesciter ad quem usum converse dicantur, quod suis
Religiosis Superioribus non obediat et subesse aperte recuset
Et C.

Taliter vero citatus Rlms Pater Samuel Nowakowski; prout
ulterius progrediendo deducebat Fiscalis: cum in termino ex cita-
tione prefixo coram Officio et judicio Proto-Archimandritali non
comparuerit, decisam est contra eundem Monasterium cum pre-
fixione novi termini ad comparendum. Sed cum neque in hoc
secundo termino paruit citatus; Officiam et judicium Proto-Ar-
chimandritale ultra determinationem juris; juxta quam citatus,
monitus et tamen contumax exnuat pro dispensa declarari
debit; Paternè cum eodem procedendo, adhuc semel moneve
stare et novum ad comparendum terminum iteram determi-
navit, ac prefixit

In hoc itaque ultimo termino comparuit citatus, cui injecta
per judicem purgatio contumaciae. At cum Constituentes adma-
sens Proto-Archimandritale judicium et Officiam, idem Officiam
et omnem jurisdictionem juxta Constitutiones Congregationis nostrae,
in hoc Capitulo deponere, esseque renunciare teneantur, ne obiecta
Citato superius relata crimina, imo et nec ipsa contumacia impu-
nita maneat; Fiscalis allegatus debita cum instantia postulabat,
ut futuro Proto-Archimandritali Officio a presenti Capitulo con-
tinuatio capti cum Rlmo Patre samuele Nowakowski Processus et
ad ultimam juris gradum prosecutio commendetur. Quod Capitu-
lum attenta gravitate materiae, futuro Proto-Archimandritali
Officio summopere commendari voluit, et de facto commendat,
scam hoc insuper additamento, ut etiam A.A.R.R.P.P. Adaman-
seroz, et Gregoniam Danilevitz de ambitu ad hores, et de aliis
defectibus et publica fama convictos, ad suam judicium adducere,
Processum contra eorum formare, et prout juris ac justitia erit
cum eisdem statuere, ac decernere non omittat: Mandatum
enim Collegii rebus Catholicis prepositi, toties in hoc Capitulo

lectum

2

11
lectum, abusus, qui in Congregationem nostram inepere, impunitos manere non permittit, imo eodem radicitus evelli, ac extripari jubet.

Sessio V.

Die 12^{ma} mensis Febris Capta haec Sessio solita praxi ab invocatione Spiritus S. in qua propositum fuit, quod cum Sessione I^{ta} Sancto hujus Capituli declaratum sit Monasterium Polocense Sae Sophiae ex natura sua fundationis simplex esse, nec Abbatiale unquam fuisse, et fore; Offendantur non modicum Patres, quod Almus Pater Nowakowski quodam pervilipendium et in contemptum Sanctae Legis Abbatialibus etiamnam utat insigniis. Illatum proinde et eidem instantanea insignionem Abbatialium depositio per Capitulum demandetur: sublatis enim fundamentis praesentis Abbatiae, superficies eiusdem, seu externus insignionem usus per se ruere debet.

Tametsi vero nemo ex Patribus in ea sententia manserit, ut Rector Nowakowski his insigniis tanquam Archimandrita Polocensis amplius uteretur, rati sunt tamen nonnulli procedenti hujus Capituli sanctioni qua personales contra Almu^m P^{re}m Nowakowski objectiones futuro Generali Officio dijudicanda committantur, vim illatum ~~et~~ si usu insignionem in instanti privaretur: instabant proinde ut praesens quoque negotium tractandum, moderandum, ac dirimendum futuro Generali Officio relinquatur: quod moderamen ipse quoque status benedicti et benedictensis auctoritas a presenti Capitulo exigere videntur. Quae tamen controversia cum praeter expectationem major animorum motu pro et contra ageretur; Ill^lmus Praeses, ut interea rationes ex una et altera parte maturius perpendantur, decisionem epis ad futuram Sessionem prorogavit. Interim vero lectae sunt litterae A. R. P. Venanti Szepletowski, quibus in A. R. P. Gregorium Danilewicz Superiorem olim suum de personali quadam sibi illata injuria conqueritur, et A. R. P. Pancratii Leszko Superiorem Lescochensis, quibus vana damna huic Monasterio per A. R. P. Nicophilum Arski Praedecessorem suum illata refert: At haec, utpote non universam Congregationem, sed particularis personas tangentia scripta et negotia pro discussione et decisione ad futuram Provinciale Officium remissa.

Sessio VI.

Die 13. mensis Febris Post praecipuam Spiritus S. invocationem lectae sunt litterae Ill^lis A. Dni Theodori Doktorowicz olim Monachi Basiliani, ad praesens vero secularis ritus Latini Presbyteri, quibus postulata a Capitulo ut sibi habitatio, congrua sustentatio et alia commoda in Poczajoviensi Monasterio designentur. Item litterae Gen. Mag. Domini Domestico olim Camerarii Aulae Polonae; quibus in Almu^m P^{re}m Nowakowski de injuria fundis

Suis

suis illata conquentur, eidemque personales quodam defectus exprobrat. sed utriusque Libere suis cum postulationibus examini, ac decisioni futuri Proto-Archimandritalis officii precommissee.

Ventum tandem ad Propositionem hesternam in sessione ventilatam, et necesse deciam: Utram scilicet Kelmus P. Samuel Nowakowski insignia Abbatialia statim deponere? an vero negotium depositionis insigniorum Abbatialium futuri Proto-Archimandritalis officio, Episcopi decisioni committi debeat? Sed nec hodierna die pro una vel altera propositionis parte unanimis Patrum consensus obtinebatur. Quare formata est propositio voti secreti decidenda: an videlicet negotium depositionis insigniorum Archimandritalem statim, et per presens Capitulum decidendum? an vero ad decisionem futuri Proto-Archimandritalis officii remittendum sit? post revisionem votorum inventa est pluralitas pro parte Propositionis altera. Declaratum est nihilominus unanimi Patrum consensu, non obstante prefati negotii de insigniis Abbatialibus ad futurum Proto-Archimandritale officium remissione; in dispositionibus emergendis tam Almuem P. Samuelum Nowakowski, quam etiam A. R. R. P. P. Adamum Sieroz et Gregorium Danilewicz, non tanquam Abbates, sed tanquam simplices superiores ad nutum ambubiles considerari debere.

Quod spectat vero A. R. P. Theodosium Gdowciewski, cum omni jure utendi Abbatialibus insigniis, presens Capitulum renuncie privavit, futurumque Proto-Archimandritale officium, ut in eodem, si in limitibus Imperii comparuerit, diligenter animadvertat, obligavit.

A Condendis novis Legibus presens Capitulum supersedendo, id unice commendatum esse voluit, ut Generalium Capitulorum in antecessum late Constitutiones et presertim Capituli Brestensis, ab omnibus nostris Monachis, et in singulis Monasteriis exacte observentur: officia vero Generalia et Provincialia, omnimoda harum executioni diligenter inquirant.

Ad finem huius sessionis inducta est causa Monasterii Hluznensis adhuc in Capitulo Provinciali Lyvicensi, seu potius in iudicio Capitulari Lyvicensi contra Archimandritale Lydyeynense Monasterium agitata, et per appellationem ad presens Capitulum devoluta: verum ob absentiam Ami Abbatis Lydyeynensis decisionem presentis Capituli ad iudicium futuri Proto-Archimandritalis officii pro finali determinatione cum toto suo effectu remissa, et capitulares deliberationes pro die 15. ejusdem mensis indicte: qua dies, utpote dulci recordatione felicissima Coronationis Augustissimi Imperatoris et Autocratoris Totius Rusie ALEXANDRI I. Domini nostri Clementissimi, Ejusque Augustissime Consortis sacra, quia publica devotione colenda debuerat, eandem firmus Preses Congregati Patribus commendavit

Sessio VII.

12

Sessio VII.

Die 15. Apris Peracta pro Incolumitate Sua Imperatoriae
 Majestatis, Ejusque Serenissime Familiae de-
 mandata immediata Septione devotione premipaque invocatione
 Spiritus S. lectum fuit testimonium Communitatis Monasterii
 Supteniensis Superiori suo A.R.P. Joachimo Dolinski editum, et
 ad Capitulum praesens missum: quod ipse gravi morbo decumbat,
 ac ideo Capitulo Generali intervenire non possit. Patres Congre-
 gati hanc excusationem pro legitima agnoverunt, et a panis
 jure praescriptis praefatum A.R.P. Joachimum Dolinski immu-
 nem declararent. minime tamen derogando Legi supra citata Ca-
 pituli Brestensis quò ad solutionem pecuniariam, ne Monasterium
 praefatum propter Superioris sui absentiam a communione impon-
 saram disjunctum habeatur. Post haec Rlmus P. Samuel No-
 wakowski obtulit Capitulo praesenti libellum accusationis con-
 tra Rlmum P. Paschasium Leszynski Abbatem Leszczynensem
 Superiorem Provinciae Lithuanae tribus punctis comprehensum.
 1^o Quod dictus Rlmus P. Abbas Leszczynensis et Provincialis
 contra Votum Monasticum de non ambiendis honoribus ac nul-
 lo sibi suffragante jure promotus sit ad Abbatiam Leszczynen-
 sem. 2^o Quod idem ipse Collegium Pontificium Vilnense Ore
 alieno a se gravatum cum publica Ecclesia injuria vendiderit.
 3^o Quod venationi multas expensas exigenti indulgeat, sitq
 in obeundo Provincialatus munere negligens, sed partim data
 clarissima refutatione ab ipso Rlmo Abbate Leszczynensi, partim
 testimonio Illimi Excellmi Dni Praesidis, et Rlmi Proto-Archi-
 mandrite, aliorumque Patrum, de falsitate sua accusationis con-
 victus Rlmus P. Samuel Nowakowski, agnovit suam accusa-
 tionem ex ignorantia provenisse, eamque confessus, veniam
 a Patribus Congregatis, et praesertim ab ipso Rlmo Abbate
 Leszczynensi, Superiori Provinciali petiit quam etiam ~~perato~~
 a se praefato accusationis libello, obtinuit, spectante, et an-
 nuerente tota Patrum congregatione.

Dein placuit Congregatis Patribus numerum Vocalium pro
 futuri Capituli sicut Generalibus, tum Provincialibus, ex
 unaquaque Provincia ad Personas viginti quinque, praeter Of-
 ficiales Generales et Provinciales contrahere, idque unanimi-
 tate pro lege in posterum servanda sanxerunt, commissa im-
 mediate futuri Capitulis Provincialibus harum Vocalium Per-
 sonarum determinatione. Cum civitas Alba Ducalis Regno
 Galliae ceperit, Bresta vero in ipso confinio sita sit, et mi-
 litibus semper referta, quae antea in Constitutionibus pro loco
 Capitulum Generalium designate fuerunt, commissum est futuro
 pro tempore Rlmo Proto-Archimandrite, ut loco dictarum civi-
 tatum caret designationem aliorum locorum sive Monasterio-
 rum pro cogendis Capitulis Generalibus, quae pro rerum circum-
 stantia commodiora visa fuerint.

Tandem

Tandem actum est de Plenipotentiario, sive Mandatario, qui
caeram negotiorum gerat Petropoli sustinendo. Atque unanimi-
tate statutum est, cum unum pro tota Congregatione esse debere,
servata Provinciarum alternativa, et sit ex Provincia Letvana
moderante Congregationem Proto-Archimandrita ex Provincia
Luthena, sive Protectionis Nrae Virginis Mariae, et è contra,
disponendum a Summo Proto-Archimandrita, Consulto respecti-
vo Provinciali; juratum formula ab Officio Generali prescri-
benda; mictio Provinciarum Sumpsh mittendam, et sustentan-
dam; pro casus sustentatione. Annua pensio sit Dublonum
Septingentorum moneta representativa seu miédnaia.

Absolutis itaque negotiis, quae universam nostram Congregationem
spectabant; Illustri Praeses Sessioni finem imponens, diem 16. Ibi
mutuis conferentiis electionem praecedere solitis, die vero 17. ejusdem
Mensis electioni Proto-Archimandrite destinavit, commendavitque
pietatis Officia, quae in similibus praemitti solent, a Patribus Con-
gregatis peragenda.

Sessio VIII.

Die 17. Ibris Decantato Hymno Spiritus S. invocatione A. R. P. Hip-
polytus Fabrycki Sae Theologiae Professor, moralem ad Patres Con-
gregatos instituit sermonem, probavitque uberimos in eas Socie-
tates conferri fructus, quos Vini boni virtute sapientiaque praeci-
diti regandas suscipiunt. Quo finito Summus Proto-Archiman-
drita brevem orationem praemisit, in eaque expressit se Privile-
gio, seu Constitutione IX. Tit. = Respectus Reverentiarum = qua
Ex Proto-Archimandrite eligendi regendum, quod libuerit, Mona-
sterium, datur potestas, sponte ac benevole renunciare, atque ex
conde cupere, ut sibi variis, usque gravibus laboribus fracto à
publicis negotiis vacare liceat: quod vero spectat X. ejusdem
tituli Constitutionem, qua Ex Proto-Archimandrite primus post
Proto-Archimandritam in Activis Monasticis locus aperitur,
sitne usus hujus Constitutionis favore? istud se platio et arbitrio
Patrum relinquere. Finito hoc alloquio, Magistratu, quem ad-
usque cum sui et Congregationis nostrae gloria novem Annis gos-
serat, libenter se juxta Statuta ejusdem Nostrae Congregationis ab-
dicavit, et Proto-Archimandritalia insignia in manus Capitali
deposuit. At Patres non sunt passi, quin minus eminentissimo Congre-
gationis Lectori gratum suum animam significarent: imo in-
signiam ejus mentorum oculati testes, memoresque quanto
cum honore Religionis jam in scholis publicis, varias scientias
traheret, jam in privatis adibus Religiose juventuti arcana
Theologiae exponeret, quanta tandem cura, labore ac sollicitu-
dine Secretarii, mox Consultoris, dein Superioris Provincialis mu-
nus obibat, evectus denique ad Supremum Congregationis

regimen

S

13

regimen, eandem in promovenda Divina gloria, in curanda religi-
osa disciplina, in ampliando Communi bono sollicitudinem miram
in modum audivit, et Canonibus probavit momentis. Quae omnia
Patres gratâ memoriâ recolentes unanimi voto statuerunt: Unum
tantis mentis, doctrina, pietate, ac zelo boni communis conspicu-
um omnibus Congregationis nostrae Privilegiis, et praesertim usu
insigniorum Proto-Archimanditium quoad visent gaudere,
ad eaque gestanda ab Illmo Preside Capituli compelli debere:
cui Patrum Sententiae Illmus Praeses suum quoque votum ad-
jecit.

Post haec Illmus Praeses impertita Patribus a Consensu absolutione,
ad electionem novi Proto-Archimandite procepit. Praesio itaque
tam a Scrutatoribus, quam a Votantibus recepto juramento, ^{collata}
et ^{collecta} secreta examinavit suffragia, ex quibus patuit Illmum Patrem
Justum Husakowski Capenorem Provinciae Ruthenae, Virum pieta-
te in Decem, prudentia et doctrina insignem, in promovendo vero
communi bono strenuum, ac indefessum in Supremum Congregatio-
nis nostrae Moderatorem seu Proto-Archimanditam notabili Vo-
torum pluralitate electum esse: quam electionem utpote legitime
et Canonice peractam Illmus Praeses Capituli approbavit, et pro
Canonica haberi jussit. Cum vero electus Proto-Archimandita
juramentum muneri suo praescriptum emisisset, locumque sibi
paratum conscenderit; statim ab Omnibus Patribus Congregatis
in signum filialis reverentiae ac obedientiae osculum dexterae
recepit; tandem salutatus est eleganti sermone ab A.R.P. Iosa-
phat Skobodzki Antiano Philosophiae Professore nomine Congrega-
tionis perorante. Decantato tandem Hymno Ambrosiano et impor-
tita per Animum Proto-Archimanditam Benedictione, Illmus
Praeses pro electione Consultorum Generalium in diem immediate
sequentem distulit Sessionem.

Sessio IX.

Die 10. Junii habita, in qua electio Officialium seu Consultorum
Ordinis perfecta est, sequenti modo: Praemissa Spiritus S. invocac-
ione Illmus Praeses unâ cum Scrutatoribus consueto more, secre-
ta Votantium suffragia excepit, ex quibus apparuit electos esse
per vota medietate plura in Proto-Consultorem Ordinis et Provinciae
Ruthenae U.A.R.P. Leonem Demkowicz; in Consultorem secundum
U.A.R.P. Damasenum Lymasewski. ex Provincia Lithvana; in
Consultorem tertium U.A.R.P. Adrianum Andruszkiewicz, ex Pro-
vincia Ruthenae; in Urum demique Consultorem U.A.R.P. Diony-
siam Romanowski, ex Provincia Lithvana; qui utpote pariter Ca-
nonice electi, ab Illmo Preside confirmati juramentum muneri
suo praescriptum, in manibus Eiusdem Praesidis emisissent.

In peculiaribus vero ^{Provinciis} Sessionibus die 22. et 23. Mensis Junii sub Presiden-
tia

Presidentia Rm̄i Proto-archimandrite habitis, constituta sunt Provin-
 ciarum Officia. Et quidem Alba Provincia Luthera in Superiorem
 suam elegit Rm̄m P^m Florianum Szaszkiewicz Abbatem Mielcen-
 sem. In Consultores UU. AA. R^m P^{res} Adrianum Szubowicz, Bene-
 dictum Deczycki, Athanasium Spondowski. In Secretarium et Depo-
 sitarium magis Provincialis U. A. R. P. Lucam Sutyński. Provincia
 vero Lithuana Visitatorem Provinciale declaravit Rm̄m Patrem
 Paschasium Leszyński Abbatem Leszczyensem; Consultores UU. AA.
 R^m P^{res} Fortunatus Gindowt, Justum Kupiski, Gerasium Seme-
 thiewicz. Secretarium vero U. A. R. P. Basilium Patoński.

Sessio Ultima.

Die 23. Jbris horis pomeridianis celebrata, in qua Patres Congre-
 gati utriusque Provinciae unanimi voce constituerunt ut Superi-
 ora Generalis, non per substitutionem, sed in gesti sui Officii in poste-
 riorem jure vocalitatis gaudeat, atque in hoc casu alterutri Provinciae
 Schedam Vocalium ad numerum 26. personarum elevare liceat.

Mox fuerunt lecta Acta hujus Capituli, et Decreta Judicii Capitularis.
 Tandem Ill^{mo} Praeses commendavit Patribus lugubre Officium
 pro Animabus Patrum et Fratrum Congregationis nostrae Defun-
 ctorum crastina die peragendum.

Denique Congregati Patres Ill^{mo} ac Excell^{mo} Praesidi gratias ege-
 rant, atque et Generale Capitulum die 23. Jbris Acti Deo Optimo
 Maximo Amen. h. m. m. Ambrosianum Jo.

Josaphat Butkalski Episcopus Brestensis presentis
 Capituli Generalis Sorocanensis Praeses
 Justus Szaszkowski C. S. B. M. Congregationis Reu-
 = thenorum Protoarchimandrita magis
 Athanasius Fathowski Ord^e S. Basii
 lii m. Congr. Ruth. E. Proto-Archi-
 mandrita.

Florianus Szaszkiewicz Abbas Mielcis Provinciae
 B. U. M.

14

Paschavius Luxynski O.S.M. Abbas Sacerdotis, clerus
viciu S. Trinitatis Provincialis mps

Leo Dembowicz O.S.M. Protocollator Generalis mps

Damascenus Pymaszewski O.S.M. Consult. Generalis.

Adrianus Andruszkiewicz O.S.M. Consult. Juris ex Provincia Ruthenica mps

Diognysius Romanowski O.S.M. Consult. Generalis mps

Adrianus Szubowicz O.S.M. Vice Pfect. D.U.M. Proto-consultor mps

Fotymutus Gintowt. O.S.M. Vice Pfect. D.U.M. Consult. Generalis mps

Benedictus Kiczynski O.S.M. Vice Pfect. D.U.M. Consult. Generalis mps

Iustus Krugnicki O.S.M. Consult. Provinciali S. Trinitatis mps

Athanasius Spondasli O.S.M. Vice Pfect. D.U.M. Consult. Generalis mps

Gervasius Semethievicz O.S.M. Vice Pfect. D.U.M. Consult. Generalis mps

Lucas Sulzynski O.S.M. Secretarius Provincie Protectionis
Bene Virginis Mariae mps

Basilus Potoniski O.S.M. Secretarius Provincie

Litvane et Notarius Actorum Generalis Capituli

Pantaleon Maliszkiwicz O.S.M. Notarius

Actorum Generalis Capituli mps

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Josaphat Buchhak



Patres
congregati
generale
hunc

Josephus Buchner



*Patres Congregati
emque
nti afose d
mum Ambr
um*